



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismus
Catholicus, summam Christianæ institutionis III. libris
succinctim complectens**

Klinge, Konrad

Coloniae, 1570

VD16 K 1309

Quomodo res diuersæ sunt, promereri salutem, & promeritam salutem
nobis applicare & frui, conseruare & possidere. tit. 161

urn:nbn:de:hbz:466:1-29452

Non omnis, qui dicit mihi, Domine Domine, & cetera ad Tit. 1. Confitentur se nosse Deum, & cetera. Sed in omnibus obseruatis medijs, nempe præceptorum Dei, Sacramentorum cõmunionem, & cetera. adhuc propter Christi opera sperat salutem, & non dignitatem suorum operum, hic rectè sentit. Roman. 8. Non sunt condignæ passiones & cetera. Luc. 17. Cùm feceritis omnia & cetera. Ideo oportet semper meminisse hanc regulam, quòd Deus per media & ordine facit, quæ facit, & nihil extra ordinem & cetera. sed cum lege. Non ergo saluamur Christi merita, nec tibi appropriantur, nisi per media virtutum & bonorum operum, & cetera. Mendacium etiam est apertissimum, quòd hæretici obijciunt, scilicet, Nos velle esse iustos iustitia legis sine fide, necesse nos iustitiam fidei, id est, quòd propter Christum iustificamur & saluamur, sed quòd hoc tribuimus dignitati operum legis, & docere, quòd nulla alia iustitia, quam quæ ex lege est, quam tamen Paulus reijcit, Philip. 3.

QUOMODO RES DIVERSE

sunt, promereri salutem, & promeritam salutem nobis applicare & frui, conseruare & possidere.

TITVLVS CLXI.



Rrimò notandum, quòd solus vnus est, qui promeruit salutem, id est, Iesus Christus, qui semel iatrouit in sancta, & cetera. ternam reperit redemptionem, Hebr. 9. & 1. Ioannis 2. Ipse est propitiatus pro peccatis nostris & totius mundi. Col. 1. Per hunc complacuit patri sibi omnia reconciliari. Act. 10. Per hunc annunciat vobis remissio peccatorum, & cetera. Esai. 51. Gloriam meam alteri non dabo. Ideo hoc est irrecuocabiliter verum, quòd vnus est in cõmuni.

or. 1. Timot. 2. saluator, Matth. 1. Vnus, qui promeruit salutem & vitam æternam Quia solus vnus est, super quem Deus posuit omnium hominum peccata, Esai. 53.

Secundò, Christus vnicus est promeritor iustitiæ & salutis, nec sibi meruit remissionem peccatorum, quia non habuit, 1. Petr. 2. Qui peccatum non fecit: Nec sibi meruit salutem, quia ab æterno Deus & salus, Ioan. 1. Ideò alijs, non sibi, meruit salutem, id est, nobis, vt illam nobis distribueret. Sic mortuus est pro peccatis nostris, & resurrexit propter nostram iustificacionem, Rom. 4. Sic paruulus nobis natus est, Esai. 9. Sic solus Christus est promeritor & acquiritor salutis, & solus habet in manu sua, vt distribuat cui velit, Ioan. 10. Ego do vitã æternam ouibus meis, & sic Christus solus habet honorem, quia ipse solus est saluator, & promeritor salutis.

Tertiò, nunc alia res est, quomodò pmerita salus per Christum nobis applicetur, hacq; fruamur & participes illius fiamus. Vt autem hoc fiat, ordinauit Deus duplicia media: aliqua, quibus apprehendo promeritam salutem per Christum, vt fidem & Sacramenta: aliqua, quibus retineo apprehensam salutem, ne iterum perdam, sed vt ad possessionẽ salutis perueniam: sed hæc omnia ex grãtia, vt sunt opera decalogi, & omnia quæ sub illis comprehenduntur.

Sic per fidem & Baptismum apprehendo remissionem peccatorum, Actor. 2. & salutem in promissione, Marc. vltim. Qui crediderit & baptizatus fuerit, Si credo & accipio Sacramentum Eucharistiæ in memoriam passionis Christi, Luc. 22. tunc acquirò quòd Christus in me manet, & ego in illo, Ioann. 6. Si credo & peniteo, cesso à vitijs, apprehendo remissionẽ peccatorum post lapsum, Marci primo. Pœnitimini, & credite Euangelio. Hæc sunt principaliora Sacramenta. Subindè, si credo & permitto manus Episcopi

BBb 4 mihi

mihī imponi, accipio donum fortitudinis spiritus sancti in fide, sicut illi in Samaria Actor. 8. Si credo, tunc per impositionem manuum sacerdotis accipio donū, id est, potestatem rectè conficiendi & administrandi sacramenta, de quo dono dicit paulus 1. Tim. 4. Nè negligas donum &cæt. Si credo & teneo matrimonium in Domino, tunc est status impollutus, aliis adulteros condemnat Deus, Hebr. 13. Si credo, & vocationem suscepero, quam Christus præcepit Apostolis Marc. 6. tunc apprehendo remissionem & salutem, sicut iacobus dicit, iacob. 5. Sic ordinavit Christus hæc media, per quæ debemus apprehendere pro meritam salutem & thesaurum suorum beneficiorum.

Subinde, quando nunc sic per fidem & sacramenta, ego apprehendi pro meritam salutem & gratiam saluatoris nostri Christi, necessarium est, ut etiam retineam, nè perdam, sicut Lucifer in cælo, Esai. 14. & Adam in Paradiso, Genes. 3. Et Iudas in consilio Apostolorum, Matth. 26. &cæt. Ordinauit ergo Christus & alia media, id est, obseruantiam præceptorum, & donationem fructuum spiritus sancti, Gal. 5. Dilectionem, timorem, castitatem, crucifixionem carnis, &cæt. Hæc enim media sunt, non merita, quibus pro meritam salutem per Christum, & iam per fidem & sacramenta apprehensam, retinemus & custodimus, ne iterum amittamus. Nam si secundum carnem vixerimus, moriemur, &c. Roma. 8. & non accipiemus possessionem regni, sicut Paulus clarè dicit: Qui talia faciunt, regnū Dei nō possidebunt: possidebunt, signanter hoc verbum dicit, 1. Cor. 6. & Gala. 5. Regnū Dei non consequentur. Ephes. 5. Non habent hereditatem in regno Christi & Dei, &c. id est, qui sunt fornicatores, immūdi, &c. Sic Matth. 19. inquit Christus: Vitā æternā possidebit & Mat. 26. Venite benedicti, possidete regnū patris mei. Sūt ergo ordinata hæc media, ut re-

retineant, & in possessionē vitæ æternæ ducant, sicut
ait Petrus, 2. Pet. 1. Si fides vestra ornata fuerit vir-
tutibus abundanter, i. copiosè, dabitur vobis introi-
tus in regnum Dei & saluatoris nostri Iesu Christi.

Quartò inquires: Nihil ergo aliud faciunt media
illa, id est, Fides, sacramenta, & decalogus ac bona o-
pera, nisi quòd apprehendant & retineant? Vbi ma-
net promissum præmium operum, Matth. 5. Merces
vestra copiosa est, &c? Respond. Duæ res sunt, appre-
hendere & custodire. Deus sic ordinauit, quòd nos
obsequio nostrorum operum merito, ex sola gratia
per fidem & sacramēta apprehendere debeamus pro-
meritum Christi, vt lauderetur gloria gratiæ suæ, Eph.
1. Sic elegit nos ante constitutionem mundi, Roman.
3. Gratis iustificamur. Ideo absque vllò additamento
nostrorum operum, per fidem apprehendimus, ibi
vult Deus solus habere honorem suum, sed appre-
hensam gratiam & salutem in promissione ordina-
uit Deus, vt hæc retineamus, & ad possessionem per-
ueniamus per bona opera. Nam & in hunc finem de-
dit præcepta decalogi, Exod. 20. Prædicat paupertatem
spiritus, misericordiam, patientiam, Matth. 5. Se-
cundò, passiones & labores quos toleramus ad reti-
nendam promissam iustitiam & salutem, vult Deus
ex gratuita promissione recompensari temporali &
æterna mercede spiritali & corporali, iuxta gradus
laborum, 1. Cor. 3. vt qui diligentius custodierit per
obedientiam præceptorum, aut pro fide Christi plùs
vel minùs certauerit, aut Deo plùs vel minùs gratus
fuerit, & illi seruerit, hic etiam habebit mercedē se-
cundum opera sua, Mat. 16. Sic differt stella à stella in
claritate & magnitudine, 1. Cor. 15.

Et licet ex æquo omnes per verbum apprehendi-
mus vnicum meritum Christi, rex sicut seruus: attamen
in vsu receptæ gratiæ Christi in baptismo per fi-
dē, vel augetur aut diminuitur præmium. In præmio

ergo essentiali etsi omnes pares sumus, labor tamen & opera pro cōseruanda distributa gratia, & ipsa gratia donorum ac talentorum in negotio Euangelico, acquirit accidentale prēmium secundum diversos gradus. Sic Cyprian. lib. 4. Epistol. 7. exemplificat de vnico Sole, qui ex æquo omnibus lucet, diuisus ut pauperibus: vsus tamē illius est impar, & alius acquirit minorem lucem, quā alius: sic dies, sic semē in agro, Matt. 13. Hæc est summa fidei Catholica. Sic Christo honor suus, & operibus nostris prēmium sine iniuria aliorum persistit. Hæc si secta cognouerent, omne certamen consileret.

Differunt:

Promereri salutem, & promeritam sibi applicare & apprehendere iustitiam promissam, retinereque bonum summum & capitale, essentialē & accidentale prēmium.

*AN OPERA BONA
sint peccata.*

TITVLVS CLXII.



Quādum primò, quòd aliud est, omnia hominem esse peccatorem: & aliud, omnia opera hominis esse peccata.

Primum verū est, dicente Ioāne, Ioh. 1. Si dixerimus, quoniam peccatum non habemus, nos ipsos seducimus. Romanorum tertio. Omnes peccauerunt, & egent gratia & caritate. At peccare hominem in omnibus operibus, aut opera esse peccata & displicere Deo, falsum est. Nam Deus non præcipit peccatoribus infidelibus facere bona opera, ut media, per quæ impetrant vitam æternam: sed iam iustificatis per fidem & purgatis, Act. 15. Ideo fides facit, ne opera fidelium sint peccata, sed sancta & pura. Tamen in carne sumus peccatores, at tamen propter fidem Deus non vult imputare im-